

Carmina Burana 126

Hūc usque, mē miseram,

huc usque = ad hoc tempus

Rem bene cēlāveram

me miseram = O, ego sum misera!

Et amāvī callidē.

cēlō, cēlāre, cēlāvī, cēlātum = facere
ut non possit videri

Rēs mea tandem patuit,

callidē > callidus = doctus, sapiens

Nam venter intumuit,

pateo, patere, patui = apertum esse;
potest videri

Partus īnstat gravidae.

venter = uterus

Hinc māter mē verberat,

intumesco, intumescere, intumui =
crescere; fieri maior et maior

Hinc pater improperat,

partus, us, m. = foetus; infans in
ventre

Ambō tractant asperē.

gravida = habens infantem in ventre

Sōla domī sedeō,

hinc = propter hoc; ob hanc rem

Ēgredī nōn audeō

impropero, improperare =
reprehendere

Nec inpalam lūdere.

tracto, tractare = tangere; trahere;
reprehendere

Cum foris ēgredior,

aspere = sine amore

Ā cūnctīs īspicior,

inpalam = palam; foris; in publico

Quasi mōnstrum fuerim.

cunctus, a, um = omnis

inspicio, inspicere = aspicere

quasi = tamquam

fuerim = perfect subjunctive > sum
“I were”

Cum vident hunc uterum,
Alter pulsat alterum,
Silent, dum trānsierim.

uterus, i, m. = venter

trānsierim > trans-eo, trans-ire



cubitus, i, m. =

Semper pulsant cubitō,
Mē dēsignant digitō,
Ac sī mīrum fēcerim.

designo, designare

ac si = tamquam; ut si

mirum, i, n. = res mirabilis; monstrum

fecerim = perfect subjunctive > facio



nutus, ūs, m. =

pecco, peccare, peccavi, peccatum =

facere malum

Nūtibus mē indicant,
Dignam rogō iūdicant,
Quod semel peccāverim.

quid = cur

percurro, percurrare = numerare

Quid percurram singula?
Ego sum in fābulā
Et in ōre omnium.

Ex eō vim patior,
Iam dolōre morior,
Semper sum in lacrimīs.

vis, f. = impetus; potestas

morior, mori, mortuus sum

Hoc dolōrem cumulat,
Quod amīcus exulat
Propter illud paululum.

Ob patris saevitiam
Recessit in Franciam
Ā finibus ultimīs.

Sum in trīstitiā
Dē eius absentiā
In dolōris cumulum.

In manuscripta haec verba praecedunt hoc carmen:

Tempus īstat flōridum,
cantus crēscit āvium,
tellūs dat sōlācium.

Eyā!
qualia sunt amōris gaudia

cumulo, cumulare =



cumulus, i, m.

exulo, exulare = necesse est vivere
procul a patria tua
paululum = nimis parvum; res minima

saevitia, ae, f. > saevus, a, um

ultimus a, um = postremus

tristitia, ae, f. > tristis

absentia, ae, f. > absum, abesse

floridus, a, um > flos, floris

cantus, ūs, m. = carmen

tellus, telluris, f. = terra

solacium, i, n.

TEMPUS. Instat floridum cancas **I** t e a i.
crescit arium tellus dat solatum. **R**est. **E**ya
qualia sunt amoris gaudia. **H**uc usq; me misera.
rem bene relaueram. et amari callide. **R**es mea tandem pa-
ruit. nam uenter intumuit. partus instat grauide. **H**inc ma-
ter me uerberat. hunc pater impetrat. ambo trahant asper-

Sola domi sedeo. egredi non audeo. nec in palam ludere. **Q**um
foris egredior. acunctis inspiabor. quasi monstrosu fuerim.
Qum uident hunc iterum. alter pulsat alterum. silent dum
transiero. **S**emper pulsant arbitrio. me designant digito. ac si
mirum fecerim. **N**utibz me indicant. dignam itgo iudicat.
quod semel peccauerim. **Q**uid pauperam singula. ego sum in
fabula. et in ore omnium. **E**x eo uim pector. iam dolore mo-
rior. semper sum in lacrimis. **H**ec dolore cumulat. qd amicus
exulat. ppter illud paululum. **O**b pectoris seviciam. recessit in
franciam. a finibus ultimus. **S**um in tristitia. de eius absen-
tia. in doloris cumulum. **I** t e a i v h s v p.

PEVIS. Mater adiuua. qd mors est proxima. si conce-
dis crastinum. faciam me monachum. **F**estina suc-
curre. iam me uult inuadere. dona pater spaci-
um. da michi consilium. **O**mni dilectissime. quid nam cupis
agere. secus tibi consule. noli me reuinquere. **T**ua frater.